



IV.

INCIPIT TRACTATUS
MICRERIS SUO DISCIPVLO
MIRNEFINDO.

MIRNEFINDUS igitur interrogans ait. In-
sto magister & Philosophus, quid in hac pretio-
sissima arte Philosophi dixerunt, vanè & mul-
tipliciter, utrum sit ex una radice, elemento
aut via, aut ex pluribus? *Resp. Micreris*: audi
fili & intellige, quod DEUS unum de terra,
deinde de eius stirpe omnes has fecit creaturas, similiter cre-
avit DEUS hanc rem, creavit enim aliquantulum lapidem, de
quibus hanc rem fecit: Ecce tibi narravi. *Mirnefindus autem*
ait. Narrasti mihi universaliter, non tamen exposuisti utrum
sit simplex an composita, ex uno scilicet vel duobus, vel tri-
bus vel quatuor, vel pluribus: nec ipsum proprio nomine, na-
tura, nec colore magister iuste nuncupasti: eò quod priores
Philosophi nuncupaverunt pluribus decem millibus nomi-
nibus. *Resp. Micreris*: Hoc remerum non est albar æris, quæ
ex tribus componitur ex terra, aqua, & igne, quemadmodum
ovum quod rubeum, aquam, & corticem continet. Deinde
ex tribus unum quid fit, quod est pullus, qui gallina alente
exit. Similiter hæc compositio regimine fit, & putrefactione
ex aqua, fit quartum quod est aër, qui est spiritus. Et scito dis-
cipule, quod te cæcitate privavi in hac quæstione, proximo
responso, & mera decoctione. *Resp. Discipulus*: Vivificasti a-
nimam meam sapiens Philosophus. Expone tamen mihi hu-
ius rei initium: & coadunationem, qualiter operantur &
quid nuncupetur. Priores namque convenientes dixerunt,
iunge siccum humido, siccum verò est terra, humidum verò
est aqua. Amplius convenerunt inquiringes putrefiat mare
meridiei. Expone mihi quid est mare? *Et ille*: caput humi-
dum cuius natura calida est & sicca, quo nihil est calidius.

An ex una
radice?